

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Primus De Imagine Dei.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

Pater Spiritum sanctum nobis promiserit, eumque dare paratus sit petentibus a se, Ies. XLIV, 3. Luc. XI, 13. (2) quod ex inhabitatione eius maius omni contradictione testimonium de diuina adoptione, et arrhabonem de futura hereditate habeamus, Rom. VIII, 15. Gal. IV, 6. 2 Cor. I, 22. (3) quod hinc nec diuina virtus ad veram sanctificationem, nec necessarium solatium sub afflictionibus nobis defuturum sit. vid. §. XI. XII.

PARS POSTERIOR.

ARTICVLVS PRIMVS

DE

IMAGINE DEI.

§. I.

Articulus de imagine Dei
Postquam in parte prior THEOLOGIAM, siue doctrinam de Deo triuno, spectauimus; iam ex supra facta diuisione in hac posteriore parte ANTHROPOLOGIA, siue doctrina de homine, tradenda est.

In quotuplici statu considerari homo potest?

§. II.

Homo autem in *quadruplici* statu considerari potest; (1) in statu *institutionis*, seu *innocentiae*, (2) *destitutionis*, siue *peccati*, (3)

(3) *restitutionis inchoatæ*, seu *gratiæ*, (4) *restitutionis plenariæ*, seu *gloriæ*.

§. III.

Ad cognitionem hominis, in statu in- Ad cogni-
stitutionis seu innocentiae considerati, spe- tionem
ctat *contemplatio originis eius*, quæ Gen. hominis,
I. II. fusius describitur. Vnde perspicimus, in statu
fuisse hominem ex rebus creatis visibilibus, innocen-
tiae confi-
derati,
nobilissimam et præstantissimam. Vid. etiam spe-
ctat?
Sirac. XVII, 1-11. Sap. X, 1. Act. XVII, quid spe-
ctat?
28. 29. Luc. III, 38. Hæc autem eius
prærogatiua præcipue constitit in *diuina*
imagine, ad quam homo præ omnibus rebus
creatis visibilibus conditus fuit.

§. IV.

Is, qui hominem ad istam præstantissi- Quis ille,
mam imaginem creauit, *Deus triunus* est, qui homi-
nem ad
quemadmodum numerus pluralis in voca- nem ad
bulis *נעשה בצלמנו* *faciamus*, sui crea-
ad imaginem *nostram*, ad similitudinem no- uit?
uit?
stram, indicat, Gen. I, 26. Et quidem Pa-
ter, cui communiter opus creationis tribui-
tur, *Filius*, imago Dei substantialis, Col. I,
15. 16. Hebr. I, 3. et *Spiritus sanctus*, qui
nunc etiam amissam imaginem in nobis in-
staurat et renouat, Tit. III, 5. 7.

§. V.

Sunt autem *primi parentes* nostri, quos Quinam
imagine sui dignatus est Deus, adeoque non illi, qui
solus *Adam*, sed *Eua* etiam, vxor eius, Gen. diuinam
imagine
I, 27. V, 1. 2. vnde renouationis ad ima- accepe-
ginem
runt?

¶

¶

ginem diuinam vterque sexus capax est, Gal. III, 28. 1 Petr. III, 4. 7. Istam autem imaginem non pro se solis, sed *pro omnibus etiam posteris suis* acceperunt; siquidem ex eorum sanguine vniuersum genus hominum Deus creauit, vt in omni terræ solo habitaret, Gen. I, 28. Aët. XVII, 26. coll. Hebr. VII, 9. 10. sicut delicto etiam ipsorum factum est, vt ad omnes homines mors et condemnatio peruaserit. Rom. V, 12. 18. 1 Cor. XV, 21. 22. 47-49.

§. VI.

Per ima-
ginem
Dei quid
intelligi-
tur?

Imago
Dei ad
quid atti-
net?

Per imaginem autem Dei nihil intelligitur aliud, quam *conformitas cum Deo* creatore, quam homo in statu innocentiae habuit. *LUTHERVS* Comment. in Gen. I. Tom. VI. Witteb. fol. 15. b. (Tom. IX. Alt. fol. 31. b.) „*Fuit præstantissimum quiddam illa imago Dei, in quam inclusa fuit vita æterna, securitas æterna, et omnia bona.*” Attinet autem illa in specie (1) ad *ipsam essentiam animæ*, quippe quæ homini a Deo inspirata, Gen. II, 7. et spiritualis est, sicut ipse Deus spiritus est, Io. IV, 24. eiusque diuersas facultates, intellectum, voluntatem et memoriam, quæ, quum communi spiritali essentia gaudeant, et certo tamen modo etiam ab se inuicem distinctæ sint, admodum iucundam, licet imperfectam, Trinitatis imaginem ac similitudinem exhibent: vnde homo etiam post lapsum adhuc imago Dei

Dei vocatur Gen. IX, 6. Iac. III, 9. (2) ad
dotes, quibus Deus animam hominis secun-
 dum omnes eius facultates ornauerat, quæ,
 generatim spectatæ, idem fuerunt, quod
 Spiritus sanctus alias *vitam ipsius Dei*, Eph.
 IV, 18. *diuinam naturam*, 2 Petr. I, 4. *iusti-*
tiam et sanctitatem ipsius veritatis, Eph. IV,
 24. *gloriam ipsius Dei*, Rom. III, 23. *simplici-*
tatem et rectitudinem appellat, 2 Cor. XI, 3.
 Eccles. VII, 30. quod non de intellectu tantum,
 sed de voluntate etiam accipiendum est.
Intellectus enim hominis diuina luce et cæ-
 lesti sapientia atque vnctione repletus erat,
 vt natura Deum secundum essentiam, ope-
 ra et voluntatem sine illa hæsitacione et er-
 rore cognosceret, Col. III, 10. coll. Io. XVII, 3.
 Beneficio huius sapientiæ, in creatione diui-
 nitus acceptæ, homo mirificam et excellen-
 tem rerum etiam naturalium notitiam ha-
 buit, cuius rei appellatio tum animantium
 tum vxoris luculentum testimonium est,
 Gen. II, 19. 20. 23. 24. coll. 1 Reg. IV, 32. 33.
 Sap. VII, 17. 21. *Voluntas* hominis diuina
 virtute et amore penitus perfusa erat, ita vt
 Deo ex omni voluntate ipsius, in perfecta
 iustitia et sanctitate, sine vlllo peccato seruire
 et obtemperare posset, Eph. IV, 24. Vnde
 dulcis et filialis fiducia in Deum, perpetua
 pax et constans gaudium, nec non certa
 vitæ æternæ spes ipsi fuerit oportet, Rom.
 VIII, 6. XIV, 17. quæ omnia non amplius

in homine reperiuntur, Spiritus sancti beneficio in regeneratione et quotidiana renouatione demum instauranda. *Affectus* etiam hominis tam sancte et recte se habebant, ut sponte sua sine vlla lucta et rebellionis sese subiicerent, quæ facultates superiores (intellectus et voluntas) bona Deoque accepta esse cognoscerent et præciperent, nulla prauorum motuum *ἀνταρξία* turbati, Gen. II, 25. (3) Quum totus homo ad imaginem Dei formatus fuerit, *corpus* etiam aliquid habuit Dei simile, quæ similitudo in tali immortalitatis genere posita fuit, ut sine morbo atque infirmitate, immo sine morte, (per peccatum demum in mundum ingressa, Rom. V, 12.) in vitam æternam recipi potuisset, Sap. I, 13. 14. II, 23. In quibus præterea homini similitudo aliqua cum Deo etiam secundum corpus fuerit, a posteriori concludi potest ex I Cor. VI, 19. 2 Cor. V, 4. Ps. LXXXIV, 3. XCIV, 9. Rom. VI, 13. 17. 19. 1 Thess. V, 23. Act. VI, 15. (4) In eo etiam homo imaginem creatoris sui gessit, quod, quemadmodum ille in omnes res creatas imperium habet, ita quoque homo *potestatem* et *ius* haberet in omnia animantia aliasque res terrestres, vitro sibi subiectas, a quibus nec lædi poterat, Gen. I, 28. Sirac. XVII, 4. Sap. X, 1. coll. Ps. XCI, 13. Marc. I, 13. XVI, 18. Act. XXVIII, 5. Ies. XI, 6-8. XXXV, 9. LXV, 25. Hof. II, 18. *LVTHERVVS* in Comment.

ment. in Gen. c. I. Tom. VI. Witteb. fol. 15. a.
 (Tom. IX. Alt. p. 30. a.) „Plane existimo,
 „ante peccatum Ade oculos ita fuisse acutos et
 „claros, ut lincem et aquilam superaret, leones
 „autem et vrsos, quorum maximum robur est,
 „ipse fortior tractaret non aliter, quam nos
 „catulos tractamus. Hæc omnia simul con-
 „iuncta annon talem virum constituunt et fa-
 „ciunt, in quo imaginem Dei relucere sentias?
 „Maxime quum addas etiam imperium in crea-
 „turas. Ut sicut Adam et Eva Deum agnove-
 „runt dominum; ita postea ipsi reliquis crea-
 „turis in ære, aqua, terra dominati sint.
 „Hanc maiestatem quis potest verbis adsequi?
 „Nam ego credo, Adam ita potuisse vno verbo
 „imperare leoni, sicut nos imperamus adfue-
 „facto cani.„ Denique (5) vti Deus maiesta-
 tem ac gloriam suam in amabilibus sedibus
 declarat; ita hominem imagine sua orna-
 rum in horto paradisi constituit, ut eum sine
 labore et molestia coleret, eiusque amœni-
 tate in se, suamque ad gloriam frueretur,
 Gen. II, 15. 16. quod quidem iuxta ac im-
 perium in res creatas, num. anteced. memo-
 ratum, magis effectus diuinæ imaginis fuit,
 quam quod ipsa in eo sita fuerit.

§. VII.

Finis diuinæ imaginis erat, ut homines *Finis* di-
 in perpetua vnione ac communione cum vniuersæ ima-
 Deo viuerent, et præstantissimarum sibi ginis
 impertitarum dotium virtute, ratione Deo quis?

probata, sua sponte, non coacti ipsum colerent, atque adeo ex isto cultu salui euaderent, vitamque æternam adipiscerentur.

§. VIII.

Officium nostrum est, (1) pulchritudinis
Quodnam concreatæ nobis imaginis diuinæ sedulo re-
hac in re cordari, vt hoc ipso ad submissam gratiarum
officium actionem pro isto beneficio et pro elucescente
nostrum? hinc caritate et humanitate Dei excitemur.
 (2) Quum in præsentî naturæ nostræ statu peccatum, tamquam imaginem diaboli, imaginis diuinæ loco feramus, tanto studiosius finem et metam renouationis nostri, quæ est diuinæ imaginis, seu concreatæ nobis gloriæ instauratio, consecrari, eamque ob causam mundanam cupiditatis corruptelam effugere, Phil. III, 13. 14. 2 Petr. I, 4. (3) Propter paradisiacam gloriam, solis victoribus præcepta Dei tuentibus promissam, sinceræ obedientiæ erga Deum operam dare, et aduersus antiquum serpentem, qui astutia sua nos a præcepto diuino abstractos vicit, præclarum certamen certare, illiusque tentationes vincere. Apoc. II, 7. XXII, 1. 2. coll. Gen. III, 1. seqq.

§. IX.

Quodnam *Solacium*, ex hac doctrina redundans,
solacium? est, (1) quod ex eo, quod Deus ex omnibus rebus creatis visibilibus solum hominem sanctitatis et iustitiæ suæ imaginem esse et vocari dignatus sit, de benignitate et humanitate ipsius certo nobis constare possit.
 (2) Quod

(3) Quod in Christo, secundo Adamo, diuina imago perfectior, quam in primo Adamo, nostro bono fuerit luxeritque. Hebr. I, 3. Io. III, 34. 35. Rom. V, 14. cet. (3) Quod Deus, qui liberrimo amore motus nos olim ad imaginem sui condidit, etiam nunc paratissimus sit, eam in nobis per Christum renouare, immo aliquando secundum animam et corpus perfectissime instaurare. 2 Cor. III, 18. Ps. XVII, 15, 1 Cor. XIII, 12. XV, 49. 54. 1 Io. III, 2. Phil. III, 21. *LUTHERVS* Comment. in Gen. I. Tom. VI. Witteb. fol. 16. a fin. (Tom. IX. Alt. fol. 32. b.) „*Nomen et vocabulum domini retinemus ceu nudum titulum: ipsa autem res fere tota amissa est. Et tamen bonum est, ista scire et cogitare, ut suspiremus illum venturum diem, in quo hæc nobis restituentur, quæ in paradiso per peccatum amisimus. Exspectamus enim eam vitam, quam expectasset quoque Adam. Atque hoc recte miramur, et Deo ob id gratias agimus, quod nos peccato sic deformati, sic hebetes, stupidi et mortui quasi per beneficium Christi expectamus eandem gloriam vitæ spiritualis, quam Adam expectaturus erat, si mansisset in sua animali vita, quæ imaginem Dei habebat.*“ (4) Quod in futura vita omni gloria et claritate cælestis paradisi, quem morte et resurrectione sua reclusit Christus, Luc. XXIII, 43. 1 Cor. XV. et cuius typus terrestris ille fuit, æternum perfruituri simus.